



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum**

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

**Lanuza, Jerónimo Bautista de**

**Antverpiæ, 1649**

§. 24. Apprehensa manu eius. Manus Saluatoris & infirmæ confluunt, vt ipsa resurgat incolumis: vestra namque in tuam requiritur salutem: & quantumlibet boni fecerit, ex illa pendet virtute, quam illi ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52962)

22 imaginationem fortiter operari, quæ ex illis quæ  
 23 oculis obijciuntur, excitatur. Ita de alia loquitur,  
 24 quæ nigrum peperit filium, quia concipiendo,  
 25 de Æthiopo cogitabat, & ex certa hoc refert D.  
 26 Hieron. relatione, qui casum sic esse confirmat.  
 27 Et hypocrites idem de alia narrat. Et experien-  
 28 tia noscitur, quia equæ, quando concipit, obij-  
 29 ciunt conspectui equos generosissimos, ut pullus  
 30 in partu enascatur pulcherimus. Idem simili-  
 31 ter in D. August. legimus. Vtrumlibet sic, hoc  
 32 certum asserimus, id à Jacob Angeli monitu ex  
 33 parte Dei practicatum, ut idem ipse confirmavit.  
 34 Modò recurrit dubium: quò iure hoc agere po-  
 35 tuerit Jacob: cum hoc sit dolis uti, & Laban il-  
 36 ludere? Hoc illi Angelus Dei nomine præcepit,  
 37 & facti non tacuit ipse rationem: *Vidi omnia, quæ*  
 38 *fecisti tibi Laban, Ego sum Deus Bethel ubi vnixisti*  
 39 *lapidem, &c. Inuitas, quibus te Laban affectit*  
 40 *attendi. Conuenit tecum ut illi septennio gratis*  
 41 *seruies, & Liam tibi fraudolenter supposuit, in*  
 42 *eius cõggit consentire matrimonium, deinde iuro*  
 43 *inter ambos contractu, ut Jacob sibi tolleret*  
 44 *oues varias & maculosas, separauit Laban gregem,*  
 45 *& tantum illi nigras & albas concessit.*  
 46 Tandem voluit Deus, ut eum inde diuitum &  
 47 multis facultatibus educeret opulentum, ut au-  
 48 tem illa omnia Jacob recuperaret, in quibus eum  
 49 Laban eiecunuenierat, decreuit (inquit Abbas  
 50 Rupertus apud Lypom.) ut illa sibi licita fraude  
 51 consulere & illata per Laban damnâ compen-  
 52 sare.  
 53 Verum grauior se modo nobis offert quæstio.  
 54 Si Deus voluerit inde Jacob probè ditatus egre-  
 55 dereur, quid opus erat hoc virgarum stratage-  
 56 mate? Non poterat Deus his omnis ditare Pa-  
 57 triarcham, ut illi per omnia satisficeret? Nemo  
 58 dubitat. Et ad hoc sufficiebatur illud de virgis  
 59 stratagemata? In negatiuam partem inclinant  
 60 multi, quòd si contractum feneris; experire, si  
 61 namque hoc probare voleris, non ad votum,  
 62 sicut Jacob, tibi succedet. Quare credunt D. Cy-  
 63 rill. D. Chryl. & Theodoret. quòd hoc minime  
 64 fuerit naturale. Ad quid igitur hæc omnia? Ut  
 65 ex illis addiscas, quòd si veras conquirere studeas  
 66 diuitias, quæ nulli subijciantur iacturæ & incom-  
 67 modo, tibi sit ex parte tua, quidquid potueris a-  
 68 gendum. Carnem hanc decortica, hanc crumenam,  
 69 hunc superbæ spiritum, totum excortica, &  
 70 diuis euades, & ex animi succedent eundem sententia.  
 71 Congruè D. August. non est, inquit,  
 72 quòd studiosus inquiras quales fuerint illa vic-  
 73 tior, nec qua virtute ad talem valuerint effectum.  
 74 Verò verus est, at quòd Iacob hoc egerit ut

In 99.  
 super  
 Gen.  
 In c. 31.  
 Gen.

L. 9. in  
 Gen.

Propeta, & in illo docere nos modum inten-  
 derit, quo veras conquiramus nobis diuitias. In-  
 super & idem sentit D. Chrysol. Hoc faciens  
 iustus, non à seipso mouebatur, sed inspirate men-  
 ti eius superuena gratia, neque iuxta naturam ordinem  
 erat, quòd fibat, sed valde admirabile, & natura-  
 lem modum transcendens.

**S. 24. Apprehensa manu eius: Manus Sal-**  
**uatoris & infirma confluunt, ut ipsa re-**  
**furgat incolumis: vestra namque in tuam**  
**requiritur salutem: & quantumlibet boni**  
**feceris, ex illa pendente virtute, quam illi**  
**Redemptor contulerit.**

**E** Leniuus eam apprehensa manu eius, & conti-  
 nuò dimisit eam febris. Pro huius confirma-  
 tione & expositione doctrinæ, perpendunt  
 accurate SS. Patres tres illas parabolas quas  
 Christus consequenter proposuit, quibus omni-  
 bus eminenter, diuinaque sapientia mysterium  
 nostræ declarat infirmitatis, & quid ad illam  
 de necessitate medijs requiratur.

Prima fuit ouis, quæ sponte sua, sua inquam stul-  
 titia se perdidit, cuius omne remedium, ab ip-  
 sius gnaua pastoris diligentia dependebat, qui  
 illam quæsiuit, donec inueniret, inuentamque  
 suis imposuit humeris, atque in ouile latus per-  
 duxit. Secunda, de gemma mulieris perdita, quæ  
 cum illa per incuriam perdidisset, illa laborat in-  
 quieret, domum euerit, nullum non mouet in-  
 quietâ lapidè, donec illam inuenisse se gaudeat.  
 Tertia, filij prodigi, qui nemine cogente, sua do-  
 ctus voluntate, paternis egreditur ædibus, patri  
 terga vertit, in regionem longinquam, ubi dissi-  
 patis, quas à Patre susceperat, facultatibus tyrannice  
 se subiecit subulcus seruituti; parum attendens,  
 quòd illustissimi ac ditissimi esset parentis filius,  
 in eaque permansit, vsque dum virgente fame, in  
 seipsum teneretur, & ad memoriam renouaret  
 abundantiam ac paternæ domus celsitudinem, ad  
 illam reuerti proponens, pedibus patris aduolens  
 præteritorum culpam agnosens, paternam pos-  
 tulatoris indulgentiam, quam & obtinuit pie-  
 nissimam.

Expendunt SS. Patres, quòd in prima parabola  
 de oue perdita, Dominus omnem eius felicita-  
 tatem; sedula adscibat diligentia pastoris, ac  
 subsidio quo perdita subuenit, nec non suarum  
 virtutum manuum, quibus eam sibi imposuit; atque  
 brachiorum viribus, quibus errantem reduxit ad  
 ouile.



ouile sic vt nihil ex parte designetur quis, quod  
 ipsa in sui ipsius fecisset inuentionem. Eodem  
 quoque modo omnis drachma perditur bona for-  
 tuna, vt inueniretur, et mulieris processit inque-  
 ra sedulitate: etenim ipsa lucerna accendit, ipsa  
 domus euerit cubi cula, supellectilem euerit,  
 omnem adhibens, vt inueniretur, diligentiam, sic  
 vt drachma perditur nullo modo concurreret &  
 cooperaretur, quo recuperaretur. In tertia vero  
 ac vitima proponit Christus filij prodigi reme-  
 dium, quali totum hoc ex ipso proflicet, de quo  
 fatetur: ipse in se reuersus, & ipsa paternae do-  
 mus vberissimam recolligit assuetudinem, ipse ad pa-  
 trem reuertitur: ipse se prosternere, veni-  
 namque rogare tota cordis co. titatione, & om-  
 confessione determinat.  
 Designat autem Redemptor noster, his para-  
 bolis simul iunctis, id quod in nostrae iustitiae  
 rationis negotio concurrat: ad quam primum ac  
 principaliter, adeo necessarius est praecurrens di-  
 uinae gratiae fauor, nullo nostro praecedente me-  
 rito, vt omnia Deus a se agere vt leatur, ipse quaerit,  
 ipse peccatorem inuenit, & in potentissimo pos-  
 sumus misericordiae sublatum humeros ad cele-  
 ste reducit ouile, ita vt misericordiae peracta vi-  
 tibus imputentur. Ex altera vero parte, ita tua  
 necessario requiritur diligentia, & quidquid ex  
 tuo fieri potest, vt te solum omnia fecisse vide-  
 tur, Tuum est iniquum restituere contractum,  
 aliena restituere, lasciuiae domum ac societatem  
 delerere, Deum invocare, qui sese benignus offert  
 in Confessione, tui muneris est ad pedes miseri-  
 cordiam exposcendo cum prodigio clamare: *Pe-  
 ter, peccatus in caelum, & coram te.* Et hoc eo mo-  
 do, vt quis te solum dicat omnia perfecisse. Id-  
 circo Christus has tres simul proposuit similitu-  
 dines: nec vna ab altera est seungenda: si namq;  
 per duas priores tibi Christus exponat, adeo nec-  
 cessarium esse diuinae gratiae donum ad tui iusti-  
 ficationem, & vt ad eam ipse cum omni bono  
 tua concurreat, vt opus diuinae tantummodo vi-  
 deatur manibus adhibendum, per tertiam indi-  
 cat, ita tuam requiri diligentiam, tuum adeo per-  
 fectum concursum, & ex toto corde conatum, vt  
 opus tuis tantummodo viribus credatur imputare  
 necessarium, vt tu diuinae roboratus gratia, cum  
 prodigo in te ipsum reuertaris, infortunium arde-  
 das, ad quod tua te traxit damnanda libertas, qua  
 refugus Deum deseruisti, iam tuorum factus vi-  
 lissimis subulcus appetituum: tuum est de libidi-  
 nosi exurgere suu concubitus, abiecto illi vale-  
 dicere statui, ad meliora respirare tu cum Deo, &  
 Deum rectum, vt dicere possis: *Labrauis, non ego*

*solus, sed gratia Dei mecum.* Quantum conicio vt  
 lis illis alludit, quibus caelestis sponsa sibi  
 dilectissimam inuitat amorem: *Veni de Libano*  
*sponsa mea, veni de Libano, veni coronaberis de*  
*capite Amanae, de vertice Samir, & Hermon, de cu-  
 bilibus leonum, de montibus pardorum.* Verba ple-  
 na mysterijs: qua Baradius expendit, notans,  
 quod ex Hebraico sic legitur: *Veni mecum de Li-  
 bano sponsa, mecum de Libano.*  
 Primo considerandum, ad quid sponfam e-  
 uocet: *Veni coronaberis.* Non te vocat vt te pes-  
 fundet, non vt tua punit ingrate fastidia, non  
 ob propria lucta, sed in tantam tuam vtilitatem,  
 vt te regnum omnium suorum regē coronet:  
*Vocauit nos in suum regnum & gloriam.* Illam vo-  
 cat, veniat de Libano, de moure Amanae nā hoc  
 significat: *De capite Amanae, de vertice Samir &  
 Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum.*  
 Sunt autem hi montes ceteris ob singulares qua-  
 litates, celebriores, Libanus ex altitudine, & ce-  
 diorum abundantiam, ex pascuis vberissimis, in  
 quibus vituli alebantur crassissimi, quos David  
 appellat: *Vitulos Libani.* Amanae, dicit D. Thom.  
 mons est in Asia nominatissimus, quem Cosino-  
 graphi dicunt Taurum, cuius celsitudinem, strus  
 & conditiones ex industria describit Plin. Samir  
 & Hermon sunt eiusdem montis partes in regione  
 Palaestina, tantaq; montes hi cōprehendunt my-  
 steria, vt plures dies explicandis vel minoribus  
 non sufficerent. Attamen cursim dicamus, mun-  
 dum significare, nec nec montes illos, quos vidit  
 D. Ioannes in eo pte ceteris caput attollete cel-  
 stiores, superbiam, auaritiam, & luxuriam. *Omne*  
*quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & con-*  
*cupiscentia oculorum & superbia vita.* Quam praec-  
 cellus mons Libani superbia, ex multitudine ce-  
 ditorū, terraq; pascuis secundus, ad hunc praec-  
 pit Hieremias Deus vt accederet, & eius incolis  
 altius intonaret: *Ascende Libanum & clama, &  
 Quae fides in Libano, & māsifici in cedris, venient*  
*tibi dolores parturientis.* Vt tibi qualis hunc per-  
 ambulat montem, tua superbus hifusq; abundan-  
 tia, Dei tuaque immemor miseria, pauperum  
 despector, ad sidera caput attollens, ad diuinas  
 furtus voces: hoc quippe subiungit Propheta:  
*Locutus sum ad te in abundantia, & dixisti non*  
*audiam.* Mons autem Amanae symbolum est auar-  
 itiae. Amanae namq; interpretatur: *Aus nocturna.*  
 Considera vitum auarum & diuiciarum sitientis-  
 simum, quam obscuro labore intellectu, vaporis-  
 bus nebulisque obsecato ex cupiditatis ardore e-  
 mergentibus, & vt ait Apostolus: *Tenebris obscu-  
 rum habentes intellectum.* Velut vesperationes,  
 aues

Can. 4.  
 4. 8.  
 Tom. 7.  
 1. Th. II.  
 c. 2. 12.  
 II.  
 Symbo-  
 hic  
 motes  
 hi ex-  
 plican-  
 tur.  
 Psal. 28  
 In c. 4.  
 Cani.  
 D. J. c.  
 27.  
 1. Tom.  
 c. 2. 19.  
 Co. 2. 2.  
 20.  
 Ab. 100  
 part. 1.  
 3. in c.  
 4. Can.  
 E. 1. 1.  
 4. 18.

1. Cor.  
 16. 11.



vates rapaces, hinc illinc colligentes, hinc spo-  
 hantes, illi vagues iniicientes ter eos. Saur &  
 Hermon libi linem deuorant, in quibus inordi-  
 natus pascitur carnis appetitus. Saur & Her: ō  
 dicuntur. *De fructu sine arathena*, & *rete sine*  
*reticulum*. Præclara luxuriz symbola, destrui-  
 ſio & rete, quod vitium ita destruit & dissipat  
 cuncta: nomen, spes, sanitatem; & vitam sicut  
 hoc? Hoc te docet in seipso prodigus, quale peccatum  
 ita fortiter & irreparabiliter allaqueat rapi-  
 que hominem, sicut hoc?  
 51. Congruè loquitur Spiritus S. stultum descri-  
 bens petantistâ, occurrentem meretrici, cui qua-  
 tuor in autem verba susurravit: *Ecce retinuit eum*  
*multis sermibus & blanditiis labiorum protraxit*  
*illum, statim eam sequitur, quasi bos ductus ad vi-*  
*scum*. Verba sunt hæc, quæ alias exposuimus.  
 Videt te Dominus felino gradu ad animæ per-  
 niciem æternamq; mortè proferantē: te vocat,  
 & acclamat: *Veni de Libano sponsa, veni de capite*  
*Amans, &c.* O Anima, quæ superbis tuis inflata  
 vanitatibus in æternam prosperas perditionem. O  
 anima, quæ superato montis Amans vertice tuæ  
 cupiditatis altissimo, in profundo demersa dâna-  
 tionis. O anima quæ bonorum omnium, quæ possi-  
 des, pateris ex inhonestâ conuersatione naufragium,  
 exurge, propera, mors te meæ præstola-  
 tur gloriæ vbi te regiâ coronate desidero, *Veni*  
*de Libano, veni de vertice Amans, veni de vertice*  
*Sanit & Hermon*. Quid hoc Deus omnipotens:  
 aliquid tibi est impossibile, illam manu apprehen-  
 dere, & tuæ virtutibus assumere cuncti potest?  
 Nomen tibi brachium est adeo forte, quo pollis  
 hunc etiam grauissimum peccatorem de suorum  
 profundissima educere criminum abyssos, & in  
 caelestem erigere, mutareq; Seraphinum? Potest,  
 nemo contradicit: autamen hoc vult, & necessariū  
 est, vt eius manus tuam associes, & illo suam ex-  
 tendente, tu diuinæ adiutus gratia, tuam pariter  
 extendas: ita vt ambæ manus simul cooperentur?  
*Veni mecum de Libano sponsa, veni mecum de Liba-*  
*no*. Hoc est: *Apprehensa manu eius eleuauit eam*.  
 Nota vterò quod licet manus intencit mutuetis  
 in recuperanda salute, quidquid nihilomi-  
 nus boni manus illa fecerit, totum ex ea proce-  
 dit virtute ac virtutibus, quas illi manus communi-  
 cauit: Saluatoris: quia quidquid boni in tuæ fece-  
 rit opus saluationis, totum hoc virtuti manus di-  
 uinæ adscribendum: quoniam nec tuam posses at-  
 tollere, vel ad vnam saltem partem cogitationem,  
 nisi Dominus ad hoc tibi vires ministraret, vt  
 testatur Apostolus: *Non sumus sufficientes cogita-*  
*re aliquid ex nobis quasi ex nobis, sed sufficientia*  
*est nobis ex Deo* est, de quibus alias egimus. Ad cau-

dem spectat doctrinam, quod interprete D. Aug.  
 scribit ad Ephesios: *peto ne deficiat in tribulatione*  
*bus meis*. Rogo vos, fratres, ne ob toleratas à me  
 varias afflictiones vestra languescat et altaria &  
 deficiat firmitas in eo, quod vos docti, & statim  
 adiungit: *Quis regerit, scito genua mea ad*  
*Patrem Domini nostri Iesu Christi, &c.* vt det vo-  
 bis secundum diuinitas gloriæ suæ corroborari per spi-  
 ritum suum in interiorum hominem. Quid ais Apollon-  
 le Christi, vel illi agere possunt, quod ab illis pos-  
 sulas, vel non, si non, cur hoc exposulas? Si pos-  
 sunt, vt quid hoc à Deo requiris, ipsis hoc conce-  
 dat: Optima ratione. Quod enim ab illis requi-  
 rit, pendet ab vtriusque Deo & ipsis: etenim cer-  
 tum est: eorum necessitatem requiri voluntatem,  
 & ad opus iustificationis consentium: sine quo,  
 Deus hoc solus, non faceret, similiter & necessa-  
 rius erat diuinæ gratiæ fauor, quasi dicat, sic in-  
 terpretatur D. Aug. *Quia voluntate habetis mihi*  
*trium, peto, quia vero vobis voluntati non sufficit*  
*arbitrium ad implendum, quod peto, quoniam res gratia*  
*scito genua mea ad Patrem Domini nostri Iesu Christi*  
 Ad memoriam teuocare quæ diebus præteritis ma-  
 diximus: sicut lusus est quidam, manus ad ma-  
 dum, seu vnus conera vnus, & societatis, ita duo  
 sunt opera Dei, vnus, solus manus ipsius, alte-  
 rum cum vstra, societatis. Hæc duo opera subti-  
 liter indicat vates Isaias, vt expendit D. Cyrillus  
 Alexand. *Hæc dicit Dominus trans caelos, & exci-*  
*dens eos, firmans terram, & qua germinant ex ea, &*  
*statum populo, qui est super eam, & spiritum calcantem*  
*tibus eam*. Ego Dominus vocauit te in iustitia, & ap-  
 prehendi manum tuam, & sanauit te. Diuina planè  
 verba; & quæ maxime salutis commentum, quasi  
 Christus in simæ utiuebat. Hic omnia Dei ope-  
 ra perpende, quædam solius Dei, manus ad ma-  
 num, quæ sunt, create, & extendere caelos, fun-  
 dare terram, arbores producere, & herbas in illa,  
 spiritum infundere viuentibus, & vitam his, qui  
 mundum perambulant. Attamen, opus iustifica-  
 tionis vestræ ad salutis ipse primus inchoat: Ego  
 vocauit te in iustitia. Ego te excitauit, vt iustifica-  
 rem, ego tibi huic opoti principium, & Appre-  
 hendi manum tuam; manum meam copulauit  
 tuæ, & sanauit te; hoc modo tibi vitam largitus  
 sum. Videris illi alludere, quod de Iosæ Rege  
 scribitur. Superponit vates Eliseus in arcu manum  
 suas regis manibus, & inquit: *Sagitta salutis*  
 hæc est, ita hæc est sagitta salutis, quæ de virtutibus  
 que simul iunctis egreditur manibus. Idem quo-  
 que rotat D. Chryllosom. contriisse D. Petro  
 in eius de maris periculo liberatione: iam flucti-  
 bus mergebatur, & apprehendit Christi Petri  
 manum,

Handwritten initials 'AV' in red ink.

Marginal notes: III. Dei ho... manus... uecel... laria.

Marginal notes on the right edge of the page.



manum, ita ut amba conveniant manus, quibus submersionem et asit incolumis. Quid tibi persuades, quod Deus solus te salvabit, si nuntium concubinae non remisit? Quod te iustificabit, si male parva non restitueris? Quod peccatorum tibi veniam indulgebit, si veram non fueris aggressus penitentiam? Tuamne rogas à Deo sanitatem? da & tyam exporrigere manum, illiusque manus contingit, hoc velis quod ipse, illam, quæ te dirigit, viam inambula.

§. 27. Singulis manus imponens. Imponunt manus suas Confessari singulis penitentibus in particulari illos curaturi.

**O**ccideme sole, (testatur Evangelista): Omnes qui habebant infirmos variis languoribus ducebant illos ad Iesum, ut ille singulis manus imponens, curabat eos. Fontem hic attende celestem quomodo de hortu profuit in hortum, salutariter quemque fecundans aquis: Singulis imponens. Deinde eius considera bonitatem, quæ nullum dedignatur, unde sicut divitis, sic & pauperis capiti manus imponit, singulis manus imponens: nemini deficit, omnibus lucretur, implet illud Spiritus S. Pusillum & magnum ipse fecit, & equaliter cura est illi de omnibus. Speculum est divinum, in quo omnes, & quisque singulatum tam distinctè representatur, ac si solus fuisset. Tandem perpende curandi modum admirabilem: Singulis manus imponens nunquid invalidus erat omnes vno sanare contactu generali, quid necesse fuit singulis manus imponeret, tangeretque singulatum eos curaturus: imò de D. Petro signaverit dicit D. Lucas, ut not D. Chrysostr. quod tantæ sanantii virtute vigeret, ut accedentibus infirmis, & in gradibus publicè expositis, eiusque aduentu præstolantibus, ipse per publicas vrbis plateas incedens, umbrâ suâ illos obumbrante, cunctis optatam coefferit valetudinem. Profundum honorem mysterium: Nota quod intus in domo Petri, domus sit salus: verumtamè adverte, quod illa in us quomodolibet curètur infirmi, sed imponendo singulis manus, & vnumquemque tangendo singulatum.

Duo Saluator noster instituit remedia in domo Simonis, quæ est S. Ecclesia, curandi infirmos, & viraque efficacissima. Vnum his prodest qui deforis veniunt, ut in eam mundi, laqueos hæpantique ingredientur: vult enim, ut qui illam incedunt, mundi sanique sint, ad Deo servientium. Alterum his servit, qui intus existentes in-

firmitur & doloribus prægravantur, etiam mortalibus. Primis lavacrum instituit Baptismatis, per quod homines intrant in Ecclesiam mundi, abluti, iustificati, sanctificati: *Hæc quidem suis* (inquit Apostolus de graviorum criminum reis) *6. 11. sed abluti estis, sed iustificati estis, sed sanctificati estis in nomine Domini nostri Iesu Christi.* Secundis prodest penitentia Sacramentum, medicina est hæc adeo potens, ut ex se curare valeat & ipsum Iudam proditorem, si debite accessisset. Attamen hoc interest, quod primum baptismi remedium, vnum & idem est omnibus, hic in considerationem non venit peccata huius vel illius in particulari, vno eodem modo abluit mundatq; omnia, quocirca in primitiva Ecclesia vna aquæ cõspersione baptizabant Apostoli centum, ducentos simul congregatos, pauperes & divites, pusillos & magnos, viros & mulieres. Amplius quid est de penitentia, quæ prodest illis, qui iam in Ecclesia infirmitur, requiritur enim ut singulis manus super caput imponantur, & vulneris vniuscuiusque pertentetur altitudo ac diligenter attendatur, quid singuli in sua deferant conscientia: quia iudicium agitur, ut autem diversi iudicentur, singulorum in particulari est causa discretio, nec expediet aut esset rationi consentaneum, ut si centum essent diversis criminibus obnoxij eadem omnes sententia perstringerentur, sed ut cuique sua scelerum detur gravitati qualitatque conformis oportet.

Eleganter hæc expressit doctrinam, qui sua totam illustravit Ecclesiam Angelicus Doctor noster D. Tho. Notans duas esse species infirmitatum: quædam ex causa procedunt extrinseca, & per aeris corrupti contagionem, ut pestis & catarrhi, quædam autem ex causa intrinseca in singulis, quia proprii corrumpuntur humores, vel per eorum intemperantiam, in hoc enim nimia dominatur colera, ex qua febris incalescit, in illo flegma, quo membra obtupestunt; in illo quia nimis multum comedit, in illo, quia suo tempore non comedit. Sicut autem diverse sunt hæc species infirmitatum, ita sint oportet diversa remedia. Quoad primam, quæ in omnibus ex vna procedit causa, & eodem modo, quadrat optime omnibus vna eademque medicina, sicut quo tempore lues grauat, omnibus præscribitur theriacum, & buso: verumtamè quoad secundam, cuique sua singulatis est adhibenda medicina, quæ illi respondeat, illi necessaria est purgatio, huic venarum apertio, isti ciborum abstinentia, alteri alimentum, &c. Hoc modo duas intelligo spiritualium species infirmitatum: quædam est

1. Cor. 6. 11.

III.

Sed hæc diversimodè applicantur.

54. 21.

IV.

Dux sunt species morborum corporaliū eor. m. q. teme. 11. 3. p. 9. 66. 4. 5.

V.

Dux species morborum spiritualium eorumque remedia.

Z z z

dam est

Hieron. Bapt. de Lavacra, Tom. II.